

LIBRI III.
TRIGONOMETRIÆ,

SECTIO II.

De Trigonometriâ Sphæ-
ricorum.

CAPUT III.

De

SOLUTIONE TRIANGULORUM
Quadrantalium.

Trigonometria Sphæricorum est vel *Quadrantalium*, vel non *Quadrantalium*.

Atq; *Quadrantalium* quidem simplicium, non Multiplicium; hoc est, qui non plures quam Angulum unum Rectum, aut latus unum habent *Quadrantem*; reliquas autem quinque partes non *Quadrantes*.

In *Quadrantalibus* tres partes, quæ à Recto Angulo vel *Quadrante* latere remotiores sunt, in sua complementa convertuntur, quas *memoriæ causâ* in sequentibus semper punctis notabimus.

Ipsæ autem Angulus Rectus aut latus *Quadrans* ex calculi processu quasi excluduntur, nec reliquis quinque partibus *Triangularibus* adnumerantur; nisi quatenus eorum respectu, tres illæ, quas diximus, partes punctis insigniuntur.

Unde vel latera seu arcus duo inter quos Angulus Rectus interjicitur, vel Anguli duo, quos inter Latus *Qua-*